

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

5. Apostasia

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

quam: sed proditor, atque nimium ingenuus, qui non erubuit dicere, quod alii non cogitant tantum, sed credunt firmiter, & tota vita usurpant. *B.* Cur ergo cuncti detestantur hominem? *A.* Merito. nam qui dominantur dolent artes suas detestas; qui consiliarii sunt, succensent conscientiam tactam; qui serviunt, primum stolidè infremunt, quasi ex Machiavelli cerebro enata sint hæc mala, dein hac misericordia suarum luce excruciantur. *B.* Qui certus ero de Macchiavelli innocentia? *A.* Si in præsens, & prætergressa secula curiose inquiras. Nam videbis permultos qui iuri præsident, iniustissimos: qui religioni, maxime impios; qui eruditio, imperitissimos; qui laboribus, otiosissimos; qui humanitati, monstruosissimos. *B.* Id ego ex Macchiavello dicens credidi. *A.* Imò à Mondo, cuius ille sagacissimus observator, & simplicissimus recitator fuit. *B.* Saltem pereat, qui tot mala ei insunt. *A.* Quod si id velis non lignati, non focus suffecerint; tu vero rem Deo committe, cui univerfa Mundi malitia cognita est, ut eam eludat sapientissime. *B.* Vivētne Machiavellus! *A.* Viuet; si nullo alio nomine, certe: quia humanæ nequitiae apertissimus testis.

5. A P O S T A S I A.

A. Sempérne Ingebis? *B.* Nec unquam satis. *A.* Speremus meliora, nec enim Deo eripientur sui. *B.* At de posteritate quid siet? *A.* Id ē quod de nobis, antequam Maiores nostri agnoverunt lucem. *B.* Nescio quam videntur mihi

ium ingenuus
i non cognoscit
totu[m] viri aucto-
ur hominem
olent aries su-
censit: con-
sum stolidi
tebro enata
suarum luce
zachayelli
vergilia se-
is pernulos
qui religiosi
pernitos
humanitatis
chiavello di-
cuius ille fa-
mus recia-
a eim/unt.
focus suf-
ui univer-
eludatfa-
A. Vuet;
az nequ-

quam satis
im Deo er-
et fuit A. id
res nostri ar-
am videntur
maki

A P O S T A S I A .

15

mihi nimium multi religione liberiūs iudicare,
frigidius sentire, iniquius statuere. *A.* Falleris,
qui metuis: Ecclesie nam ut maxime ea lucis
nunc minus, nunc plus habeat, Deo tamen sem-
per splendor, nec terrenorum nequitiam macula-
tur. *B.* Nonne haec maculae sint, integras terras,
& tantum reformatorum gregem Christo re-
nuntiare? *A.* Atqui id Mundus universus &
dudum fecit, & faciet porro: nisi credis Christum
minus impietate, quam erroribus offendit. *B.* An
ne etiam apud nos? *A.* Omnino: nam Christiana
confessione velle sinceras omnia esse
& scripturæ ad unguem consentaneos, moribus
nulli meliores, quid aliud est nisi Christo turpi-
ter illudere? *B.* Nunquam mortales absque de-
fectibus erunt. *A.* Nunquam sane; at tu, quæso,
tecum cogita, quæ blasphemiae, luxus, libidines,
vanitates, rapinæ, iniquitates, voluptates, impo-
sturæ inter nos publicè tolerentur, aut propemo-
dum approbentur. Quæ omnia cum nihil omnino
cum Christo habeat commune, quid interest
quam iamtem religionem? *B.* Nonne severa
sunt in sceleratos iura, & pœnarum exempla fre-
quentissima? *A.* In imbecilles utique: potentio-
res elogiis puniuntur. *B.* At hi Christum iudicem
expectant. *A.* Optimè, vides quippe res nostras
in ista rerum publicarum minus Christiana ad-
ministracione Deo ipsi relinquendas esse, qui suo
arbitrio hoc tempus ita moderatur, ne piis frau-
di esse possit. *B.* Quid interim veritatis assertio-
ribus debetur? *A.* laus ingens, quæ tum de-
mum plena foret, si eosdem spiritus ad imitan-
dum

dum, quos ad asserendum Christum proferrente.
B. Fiet id opinor, si quod experimentum ætas nostra exigat. *A.* Imò Christus id exigit, estque hoc unicum quod religionem nobis sartam teatamque servabit. *B.* Sperabimus. *A.* Agamus potius, & tentemus, ne eidem scientiæ subscriptissime cœculi, & diversas vita prophana exprimerem dicamur. *B.* O felix tum Concordia. *A.* Felix certe atq; id nisi sit, non ullam aliam nobis metuo religionem, nisi nullam.

6. P R A E C E P T O R.

A. Tane acquiescis? *B.* Delicatus sim, qui præsente felicitate quiriter. *A.* Laudo oportunitatis usum, sed an diuturnum credis? *B.* Omnia præsglia persuadent. *A.* Quæ illa? *B.* Humilitas, candor, liberalitas, pudor, diligentia, pietas discipuli, scilicet semina herois ad populorum salutem aliquando imperaturi. *A.* Magnifica dicis, quibus nos votum meritò addimus, interim hæsto. *B.* Frustrà, In mea manu ingeniū est, his digitis formabitur tām flexilis cera. *A.* Quibus obsecro artibus *B.* Nobilissimis; imo universæ Philosophiæ medullis: nec enim ad literatorum regulas eruditetur, sed planissimè naturæ elegantius. *A.* Miseret me tui. *B.* Mei vero, qui paratus sum tibi, tuisque intercessione favere. *A.* Tu senio tuo iamiam prospicito, quod, aut maxime fallor, ignobile habebis, & miserum. *B.* Despis. *A.* Ne cœs tu, illas tuas literas in paucos admodum annos tolerabiles, monita excusabilia, fidelitatem non capitalem? *B.* Non capio.

* obf.